

is licuisse inter populum Judaicum habitare, videtur ideo factum, quod Rachab scortum non fuerit, quod Cl. Pontasius etiam affir-
mat. Sed fatemur, nos non intelligere, qua ratione allegatus locus nostræ sententia obstare possit. Deus enim prohibet, ne spuri ingrediantur in Ecclesiam, filius autem Rachabæ ex Salmo-
ne natus non est spurius. Maimon. sane *Iffure bia* cap. XVIII, 1. fol.

אי זהו מזר האמור בתורה זוח הבנא מערווה מן הערים חוץ מן הנדרה שהבן ממנה פגוס וaino ממזר אבל הבא על שאר הערים בין באונס בין ברצון:

*Quis nam est Mamser dictus in Lege? Ille, qui nascitur ex incestuosa scortatione. Excepto eo, qui nasci-
tur ex menstruata, hujus enim filius est infamis, sed non Mamser. Sed si
quis nascitur ex scortatione alia, sive illa coacte, sive voluntario, sive mali-
tiose, sive ex errore fiat, nascitur Mamser vel spurius. Quis vero dicat,
Rachabæ proselytæ filios ex Salmone natos spurious fuisse? Alio-
rum vero nulla sit in sacris literis mentio. Videlur Pontasius con-
troversiam movisse, quæ aliis vix controversa fuit. Proselytæ e-
nim, qualem Rachabam fuisse omnes confitentur, omnibus Isra-
elitarum juribus potiuntur, uti Maimon. *Iffure Bia* cap. XII, 17. fol.*

כל הגויים כולם כשייתנו ויקבלו עליוון כל המצו' :
שכתורה והעברי כשייתחררו הרי הן כישראל לכהן
רבר שני הכהן חוקר אחת יהיה לכם ומתרין להכנס
בקהן יי' מיר. והוא ישא השג' או המשוחרר בת ישראל
וישאת חישראלי גיורת ומשוחררת. חוץ מדי עמץין בלבד
וחס עמון ומואב ומצרים ואדום שהאומי האלו כשייתנייר
אחר מהן הרי הוא כישראל לכל רבר אלא לעניין ביאת
בקהן: וכיוצר רינן עמון ומואב איסורן איינו עולם זכרים
ולא נקבות שני. לא יבוא עמוני ומואבי בקהל יי':
*Omnes gen-
zes, quando proselytæ fiunt, suscipiunt omnia præcepta legis, & servi manus
missi sunt sicuti Israelitæ in omni re. Quia dicitur: Num. XV, 15. O congre-
gatio, statutum unum erit vobis. Et licitum est, ut ingrediantur in Eccle-
siam Domini statim. Sive peregrinus vel manus missus ducat filiam Israelitæ,
sive Israelita ducat peregrinam vel manus missam. Exceptis tantum quatuor
populis, Ammonitis, Moabitæ, Ægyptiis, & Edomitæ. Hi enim po-
puli*